



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. xxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

tes suos, ac cunctos reliquos Ecclesiæ ministros, atque omnem plebem sibi commissam, verbis & mandatis diuinis instruere & armare. Hosq; omnes eorum episcopos totamque mi virtute diligere, vt oculos suos, qui oculi sunt illorum eorum præceptis, in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter quod absit, agat quàm debeat: memores scilicet illius dominici præcepti: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite.

Quod homicida ab ecclesiastica communione sint submouendi. Cap. XXIX.

Ex cõcil. Agathẽ. cap. 10.

ITaque censuimus homicidas à communione ecclesiastica submouendos, nisi pœnitentiæ satisfactione, admissa crimina diuerint.

De eadem re. Cap. XXX.

Ex cõcil. Turonico, ca. 7.

Homicidis penitus non communicandum, donec confessionem pœnitentiæ ipsorum crimina diluatur.

De illis quorum consilio homicidia sunt.

Caput XXXI.

Ex dictis August.

Periculosè se decipiunt, qui existimant eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum consilium, & fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Nam Iudæi dominum quaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est. Nobis non licet interficere quemquam, sed tamen illi dominum morti imputatur, quia ipsi eum lingua crucifixerunt dicentes: Crucifige eum. Vnde vnus Euangelista dicit, dominum crucifixum esse hora tertia, alius sexta: quia Iudæi crucifixerunt eum hora tertia lingua, manibus hora sexta milites. Qui ergo hominem tradit, ille eum interficit domino dicente: Maius peccatum habet, qui me tradidit. Vnde Psalmista, Filii hominum, dentes eorum arma & gladius, linguæ eorum gladius acutus. Subiciat ergo se pœnitentiæ, quorum consilio sanguis funditur, si veniam sperare mereri voluerint.

De illis qui pro vindicta parentum homicidia committunt. Cap. XXXII.

Ex pœnitentiâ Theodori.

Qui pro vindicta fratris, aut aliorum parentum occiderit hominem, ita pœniteat, vt homicidia sponte commissa, cum ipsa veritas dicat: Mihi vindictam, & ego retribuam.